



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm  
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

**Sanderus, Antoine**

**Antverpiae, 1625**

Florbertvs Abbas In Blandinio iuxta Gandauum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10172**

Suessionensi sub Archiepiscopo Hincmaro Remensi anno 853. sub hoc Carolus Caluus multa dedit Ecclesiæ Tornacensi, & confirmavit donationes childerici aliorumque suorum Antecessorum ad instantiam huius Episcopi, qui à Normannis capto Tornaco ante porticū Ecclesiæ anno 860 crudeliter fuit interemptus.

## FLORBERTVS ABBAS

*In Blandinio iuxta Gandauum.*

*I. Nov.*

**A** Sancto Amando primus Cœnobij Blandiniensis Abbas, atque etiam Gandensis quod sancti Bauonis nuncupatur amōtis clericis, qui liberiozem istic vitam ducebant constitutus est, anno post Christi natalem sexcentesimo decimo octauo, de eo sic monumenta Cœnobij, & Chronicon Gandense S. Florbertus primus Abbas Blandiniensis, hunc B. Amandus Elnonem proficiscens anno 618. Blandiniensi & Gandensi præfecit monasterio, ab hoc S. Leuinus Archiepiscopus Scotiæ 633. comiter ac benignè susceptus est & ad D. Bauonis sepulchrum, qui 630. in uis esse desierat, per dies triginta sacris operatus est, Florbertij sepultus iacuit in Ecclesia Principis Apostolorum in Blandinio annis 338. donec in elegantiozem formam ædificatio monasterio per Aldalberonem Remorum Archipradulem eius sancta corporis membra transferentur, & in secretiore eiusdem basilicæ parte ponerentur 975. anno verò 1049. à Balduino Nouiomensi seu Tornacensi Episcopo facta fuit eleuatio eiusdem Florberti, tametsi eam quorundam inuidia conaretur impedire. Ita Monumenta. Vide plura apud Miræum in factis.

FLEDE